PROSPERI TATII
ENDECASYLLABVM.
AD ILLVSTRISSIMVM
EQVITEM
BLASIVM PIGNATTAM
LVNENSEM PRIOREM.

Cęterosq; Equites D. STEPHANI.

Pro inſigni Etruſcarum triremium cum Scythicis certamine.



FLORENTIAE, Apud Heredem Georgij Marecotti. Superiorum Permiſſu. M. DCII.

Concedimus licentiam imprimendi hos verſus de laudibus Inſignis Certaminis Triremium Etruſcarum cum Scytis, accedente conſenſu R. P. Inquiſitoris, & ſeruatis ſeruandis, hac Die 5. Septembris, 1602.

Coſimus Antellenſis Vic. Generalis Florentię.

Concedeſi licenza che ſi Stampino li preſenti Verſi F. Dioniſi Conſtacciario Inquiſitore di Firenze XI. di Settembre. 1602.

ILLVSTRISSIMO EQVITI BLASIO PIGNATTAE LVNENSI PRIORI.

PROSPER TATIVS S. P. D.

ENDECASYLLABVM Feliciſſimis Tuſcorum equitum auſpicijs diù non inuita, vt aiunt Minerua elaboratum, amicis tandem ſuadentibus euulgare auſi ſumus. Religionis vniuerſæ gratiam cùm inſcriptio, tum argumentum aucupari contendunt. Hoc facilius vt contingat, in eius nomine id apparere mihi viſum eſt, cuius nō modò merita prio-

rem inter Equites Lunenſi in agro locum obtinent, verum in Etruria ſingulares etiam virtutes, Lux æ instar nocturno in cœlo nullis obſeſsæ vaporibus, maximè elucеſcunt. Summa equitis tui ſimilis humanitas & ſi vbi que cognita ac perſpecta habetur, atque ea profecto eſt, vt alienas non expetet preces, tamen eſt quod te, ita efficias orem, vt imbecillibus inſignis victoriæ lateribus præconem terrenum illud præclariſſimorum Heroum Cœlum tueatur, atq; à tot lucidiſſimis ſyderibus, ac ſole clarioribus exigua hæc & adhuc obſcura elucubratio ſplendore aliquo afficiatur. Hac vna de re te interea amare plurimum nunquam deſiſtam. Vale Eques Generoſiſsime, ac te tuaq; Deus Fortunet. Biſanctia. XV. Kal. Setemb. M.DCII.

PRO-

PROSPERI TATII
ENDECASYLLABVM
AD ILLVSTRISSIMVM EQVITEM BLASIVM PIGNATTAM.
Lunenſem Priorem.

CAETEROSQVE EQVITES D. STEPHANI

Pro inſigni Etruſcarum triremium cum Scythicis certamine.

TYRRHENI Maris ô ſuperba claſsis,
Delecta ô heroum caterua magnûm,
Terror barbarici grauis furoris,
Ac virtute valens, potenſq; telis,
Iam iam dura diù tulere fata
Damnum nec meritum rotante Cœlo

 Ferres,

Xerxes, hæc ſadem tamen nitere
Hoc certamine claſsico, hac opima
Præda, tot Patribus, viriſq; captis,
Seruis tot laribus ſuis remiſsis,
Te reperuoluere, ne periret
Immortale decus, honorq; charus,
Victrix quem peperit manus triumphans.
EN en quam ſubitò dies momento
Amiſſum reparat, bonaq; paſcit
Spes, forteis animos alit, fouetq;.
Certè Theſſalus inſula in nitente
Argiuis opibus tulit probanda;
Quid? tu pluraquidem tuis in altum
Geſsiſti ducibus, Viris ſecundis.
Lætetur Scytha ſanguinis benigni
Hoſtis ſæuior infero Catello,
Serpens aſperior, Neronisq; &.
Turpi glorsola poſitus vindis.
Ac iaciet rapidas furens triremeis,
Dextra vincere non valente diſcat,
Quin donis aliena iura fraudes,
Arceis ac rapiat dolis iniquis.
Hoc virtutis opus? Gygas ſolentis
Grandeis vincere vel parare famam,
Terris per celebrem, ac perenne nomen.
Gaude, gaude animo, DVCIQVE gazzam,
Bellona ò equitum decus priorum,

Tuſco

Tuſco Ægyptiacam feras, grauiq;
Damnum præteritum reſarciamus
Theſauro, ſtudium, fideſq; conſtet
Ingens, hinc abeant leues ſuſurri.
Hinc, hinc inuiduli petant, honeſtum
Extet quod deceat, DEVM timeto
Roſtra affige tholis ſacris, trophæa
Vouens perpetuis ſacra columnis.
Aude, perge animo, ac fidelis altum,
Propugnacula claſsis ò timenda,
Conſcidas pelagus, CRVCISQVÆ pande
Vexillum rubeæ, metum tyranni,
Ac quantum clypeo vales retenta.
Neptunus parat æquor, vndecunque
Inuitant Zephyri, Thetiſq; amicum
Numen Hetruriæ ciet iubentis.
Cernis murmura cuncta iam ſilere,
Cernis lumine cuncta iam micare
Dextro ſydera, perge, ne morare.
Is ſi perſequitur tuos honores
Condignos equites Latij potentis
Ales ceu rapidas Iouis volucreis.
Moliturq; tuas opes doloſis
Technis ſurripere (ò ſcelus nephandum)
Deſperes DVCE tam graui, pioq;?
Aude more tuo, timor procellæ
Haud vnquam minitantis obſit; ac ſi

Quis

Quis Lunæ æquorea impetus nocebit
Hoſtilis, nitidi DVCIS fauebit
Splendor, ſide tuo ſatis micante,
SOLI, ſide tibi. dies videbis
Fundens lætitiam vſque chariores,
Amotaſq; iubens patere arenas.
Mox munimina Thuſciæ Liburnus,
Ceu nunc, te excipiet ſpolijs onuſtam
Votiua in reditum ſacrans ſacella.

LAVS DEO AC DEIPARAE VIRGINI.

FINIS.

692